

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5355

Auteur(s) : Richard Fèvre, dit Le Maréchal, de Sainte-Marie-du-Mont [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, mai

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Richard Fèvre, dit le Maréchal, de la paroisse de Sainte-Marie-du-Mont, vend au chapitre de Coutances pour soixante-douze sous tournois un quartier de froment de rente. Cette rente est due sur un manège et ses dépendances, qu'il tient en fief du chapitre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 102, p. 226-227.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes et futuri quod ego, Ricardus Fabri dictus le Mareschal, de parrochia Sancte Marie de Monte, vendidi et concessi ac in perpetuum omnino dimisi, viris venerabilibus capitulo Constantiensi unum quarterium frumenti ad mensuram dicte parrochie, percipiendum et habendum ac eciam reddendum eidem capitulo vel ejus mandato a me et heredibus meis, de toto masnagio meo sito juxta cimiterium dicte parrochie, inter manerium Willelmi dicti Ladesti ex una parte et cheminum per quod itur de ecclesia Sancte Marie de Monte versus Escoquingle ex alia parte, et de tota terra ejusdem manerii et eidem adjacente, prout se extendit et proportionat circumacumque, que teneo de dicto capitulo feodaliter, libere, pacifice et omnino quiete, sine contradictione et reclamacione aliqua mei et heredum meorum, salvis tamen eidem capitulo aliis redditibus et juribus consuetis, que antea habebat in predicto manerio et terra ejusdem, in quibus predictum capitulum vel ejus mandatum poterunt suam plenariam justiciam facere, tam pro predicto quarterio frumenti quam pro aliis redditibus consuetis, sine contradictione et impedimento aliquo mei et heredum meorum ; et ego predictus Ricardus et heredes mei tenemur dicto capitulo dictum quarterium frumenti quod eidem assedi et assignavi supra dictum masnagium et terram de eis reddere et garantizare ac liberare contra omnes bona fide, vel alibi in nostra propria hereditate ubicunque situm et fuerit excambiare competenter, valore ad valorem, si forte deffendere, garantizare et liberare non possemus ; et insuper ipsum capitulum super hiis tenemur indemne servare. Pro hac autem venditione et concessione, predictum capitulum michi dedit sexaginta duodecim solidos tur. et persolvit ; et ego juravi, tactis sacrosanctis evangelii, et promisi premissa me fideliter servaturum, et quod contra non veniam ullo modo. In cuius rei testimonium, et ut hoc firmum et stabile permaneat in futurum, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est anno gratie M° CC° LXX° octavo, mense maii.